

constituta sunt? immo vero his theatralibus ludis everis, non A leges, sed iniquitatem everteris, ac omnem civitatis pestem extinguis. Hinc enim seditiones excitantur, sive tumultus oriuntur. Qui enim hic ludis aluntur, omnes vocem ventris causa collocant, qui dicere, facere omnia promptissima sunt, hi maxime violenti rumoribus populos inflammare, & tumultum in civitate immittere. Oculi enim juvenis impudenter educata omni ferocissima bestia inmanior est. Malefici autem nonne à theatralibus ludis multi constituntur? Nam universum populum ad hæc posse inflammare, ut tripudiantes suas consequntur voluptates, ut modestas mulieres meretricibus commixtas contumant, ad tantum maleficii genus perveniunt, ut nec ab offibus quidem mortuorum abstineant. Quid dicam, quod ad diabolicas has sodalitates innumeras multi consumuntur pecunias? Quid de aliis malis? Animadvertis te illum esse, qui universam vitam hominis evertis, cum ad hæc ceteros adhorteris, non me, qui hujuscemodi omnes ludos omittendos censio. Hactenus Chrysothomus. Multo plura sui ævi mala enumerat *Salvianus lib. 7. de providentia*, putatque universam Galliam, Sardiniam, Siciliam ob hæc spectaculorum turpitudinem, & infamiam Barbarorum irruptione castigatam, nobilissimas Germaniæ urbes, Coloniæ, Moguntiam, Treverim crudelissime deletas, Vandalosque communitim orbis perticiem, in ipsam usque Africam penetrasse. Circumsonabant, inquit, armis muros Carthaginis populi Barbarorum, & Ecclesiæ Carthaginensis infanibatur in Circis, laxabat in theatris. Alii foris jugulabantur, alii intus fomicabantur: pars plebis erat foris captiva hostium, pars intus captiva victorum.

*** ETHNICORUM DE SPECTACULIS JUDICIA.**

Idem SALVIANUS, & ante eum Chrysothomus, Barbaros ipsos testatur hæc flagitia spectaculorum admiratos, execratosque Romanis insultasse, quod extremæ stultitiæ, infamiæque dedissent: ipsum vero genus histionum tanquam pestes humani generis, ex iis quas Christianis eripissent provinciis (quod nunc Turcæ faciunt) subito exterminasse.

Dionysius, Dionysia certamina, que Athenis in honorem Bacchi magnis impendiis, pompæque celebrantur, appellabat magna stultorum miracula, quod in his nihil non ridiculum ageretur. *Laert. lib. 6. c. 2. Eras. lib. 3. Apophth. in DEMONAX* cum videtur Atheniensis hoc agere, ut Barbarorum exemplo gladiatorum spectacula in urbem inducerent. Nolite, inquit, o canes, istam crudelitatem prius admittere in civitatem vestram, quam misericordiam aram sitis demoliti, significans, non convenire in civitate, in qua Misericordia pro Dea coleretur, spectari plus quam ferinam crudelitatem. *Erasim. lib. 8. Apophth.*

ANACHARSIS, aiebat, se demirari, qui conveniret, ut Græci, qui legibus suis violentiam & injuriam percutiunt, & athletas ob hoc ipsum honorent, quod se mutuo percuterent. Salsè damans crudelem populi voluptatem, ac in moribus inconstantiam: Quod enim injustum est, semper injustum est. *Eras. lib. 7. c. 1. Laert. lib. 1. c. 1.*

LANDAUER, ALIENADES, qui propter versus quosdam Eupolim Concedendum in mare justis demergi, cum hoc dicto: Tu me in scena sepe miseristi, Eupoli: ergo te semel in mari. *Rodiani* vero longe digniores laude, quam Græci, quod quamvis multa ex Græciâ transfuissent Romam: nunquam tamen in ista in professos, alio quam infimo, sordido, atque infami loco haberi voluerunt.

Quæ de re idem plane scriptum reliquit *ÆMILIUS PROBUS*, quod ante illi in Cicerone, ut testatur *D. Aug. l. 2. de Civitate Dei*, c. 1. Scipionem loquentem intrôduserat, cum artem ludicriam, æque totam probro ducerent, genus id hominum non solum modo civium reliquorum carere; sed etiam tribu moveri; notatione censoria, voluerant.

*** VERTITA OLIMPIA CHRISTIANIS.**

Certum est, jam olim non solum spectacula illa, sed etiam quævis alia histronica, turpia, magica derisoria, satyrica, que hodieque in usum sunt apud quosdam, & que legibus æque politicis, æque Ecclesiasticis prohibita. Synodi Constantianopolitana in Trullo verba sunt. Prohibet omnino hæc sancta Synodus universales, eos, qui dicuntur, mimos, & eorum spectacula in scena venationum quæque spectationes, easque que sunt in scena delationes persequi, qui secus fecerit, si sit Clericus, deponatur, si Laicus, segregetur.

Concilium Laodicenum C. non oportet de Clericis conf. d. 5. Non oportet, inquit, ministros altaris, vel quoslibet Clericos spectaculis aliquibus, que aut in nuptiis, aut in scenis exhibentur, interesse, sed antequam thymelicis ingrediantur, surgeret eos de convivio, & abire.

Alibi histiones, qui artem illam exercent, utpote impoenitentes, à sacrosancta corporis Domini communione pelluntur. *Cod. pro dilectione de conf. 2.* Qui canon sumptus est ex Cypriano, qui histionem quemdam Christianum, licet ipse histroniam non exerceret, sed alios tantum doceret, à communione excludi voluit. Puto, inquit, nec Majestati divina, nec Evangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami cogitatione scederet. *lib. 1. epist. 10.*

CONSTANTINUS Imp. J. Christianus, ludum Venatorum sustulit, quo cum bestis depugnabatur à servis ad bestias damnatis. *Lad. bestias 31. Cod. Honorius vero, & Arcadius gladiatorum, teste B. Theod. lib. 10. Hist. c. 2. & Niciph. lib. 7. cap. 46.* cum monachum quemdam Thelemacem contra hos ludos declamantem populus Romanus temere lapidasset.

JUSTINIANUS quoque Imp. in *Autentica Interdictione, de Episc. in Cler. vicio*, & criminis adscribit interesse spectaculorum ludis. Idem mulieres scenicas, que in spectaculis publicis se exhibent, pronunciat infames.

Anno reparata salutis humane per Dominum nostrum Jesum Christum 469. Leo V. Imp. ad conciliandum sibi in summo discrimine divinitatem, in mense Decembri de sanctificandis festis diebus, prohibendisque in eisdem Circensibus, scenicisque spectaculis ejusmodi promulgavit sanctionem: Dies festos Majestati altissimi dedicati nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactationum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem, decernimus, venerandum, ut a cunctis executionibus exoneretur. Nulla quemquam urgeat admonitio, nulla seditiosionis flagitaret exactio, taceat apparitio, advocatio dilectæ, sit ille dies à cognitionibus alienis, præconis horrida vox sileat, respiret è controvertis litigantes, & habeant foderis intervallum; ad sese simul veniant ad verari non timentes, subeat animos vicaria penitudo, pacta conferant, transactiones loquantur.

Nec hujus tandem religiosi diei otia relaxantes quemquam patitur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindictæ scena theatralis, aut Circenæ certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula; Esti in non ortum aut, aut natalem celebranda solennitas incidit, differtur. Amissionem militiæ, professionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, aut cujuscumque Judicis apparitor preterit negotii publici vel privati, hæc que hæc legelata sunt, credidit temeranda. Data Id. Decemb. Constantinopolis, Zenone, & Marcello Consulibus. *L. ult. Cod. de festis apud Baron. tom. 6. ad. Dom. 469.*

*** AB ETHNICIS.**

Eadem spectacula ne ab Ethnicis quidem probata fuisse constat. Nam teste *Suetonio in Octav. c. 44.* OCTAVIANUS Augustus muliebrem sexum ab spectaculis athletarum movit.

P. SEMPRONIUS SOPHUS conjugem repudiij nota affecto, quod se ignorante aula fuisset ludos theatricos spectare, ita ex *l. 4. Codicis, tit. 17. L. Consequitur s. Vir quoque.*

TIBERIUS Cæsar, teste *Dione l. 57. Hist.* histronicas Roma exturbavit; atque ea interdixit, quia & mulieres ignominia afficerentur, & turbas darent.

SCRIPTO Nafica, ut refert *B. August. l. 1. de Civit. c. 13.* sine H illa sententiarum discrepantia, vir optimus, cavem, Ethepti Senatam construere molientem ab hac dispositione, & cupiditate compevit, per sua quæ oratione gravissima, hæc Græcam luxuriam virilibus patriæ morem patenter obrepere, & ad virtutem labefactandam, evanescendumque Romanam peregrinæ confentire nequitia: tantumque auctoritate valuit, ut ejus verbis commota Senatoria providentia, quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo jam ut civitas coeparet, deinceps prohiberet apponi.

M. T. CICERO quoque, teste eodem *Aug. lib. 1. de conf. Evang. c. 33.* Rostrium Americanum cum laudaret, histroniam ita petentem dixit, ut solus esset dignus, qui in scenam deberet intrare: ita virum bonum, ut solus esset dignus, qui eo non deberet accedere, aperitissime offendens illam scenam esse tam turpem, ut tanto minus ibi esse homo deberet, quanto fuerit magis vir bonus.

VALERIUS MAXIMUS, Plutarchus, & alii agentes de Floralibus

Ludis, id est, turpissimis, scribitur tales fuisse, ut presente A Catone Minore A dotes agere noluerit.

Seneca epist. 7. ad Lucillum. Nihil est, inquit, tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desiderere. Tunc enim per voluptatem facilius vita surrepuit.

Chrysoth. hom. 38. in Matth. Barbari ipsi, cum de theatralibus ludis, & importuna delectatione fabularum audissent, dixisse feruntur verba omnibus Philosophorum institutis dignissima. Prudentem enim Romanos dixerunt, quasi liberis, atque uxoribus carere, tales sibi excoctasse voluptates. Quibus verbis ostendebat nihil uxore modesta, nihil liberis posse esse suavis.

ILLUSTRETUR PRÆSENS LOCUS EX ALIIS LOCIS, UT POTE DE LUDIS SEURRILITATE, SEPTURA, SPECTACULIS DEDITI.

IMMODICUM SPECTACULORUM STUDIUM. *Pete ex loco de Prodigaliis nonnulla, Tit. Prodigiatis in Spectaculis.*

Cum post cladem acceptam ad Perfas quidam ab Arcadia transfugissent, auxilia pollicentes, producti sunt in conspectum XERXIS. Ibi Peris percontantibus, Quid agerent Græci? responderunt, Eos celebrare Olympia, ac gymnica, equestriaque certamina spectare. Rursus percontantibus, Quod esset certaminis premium? responderunt, Coronam oleagineam. Hic Tritantechmes, Artabani filius, verus ad exercitum præfectum Papæ inquit, Martidoni, in ejusmodi vitis nos incitati ad pugnam, quoniam pecuniarum gratia certamina agitant, sed virtutis, ac laudis: Ea vox tum via est timida, ut sapienter prudentia haberet pro ignavia. *Herod. in Urania.*

Græci adeo Olympiorum studiosi, ut ne excisa quidem à Romanis Corintho intermissi fuerint, fed eorum facierum negotium Seyonius commisit. *Paul. in Corin.*

Theoricam pecuniam invenimus appellari, qua toros nobis, & sedilia in spectaculis comparamus: quia hæc Græcorum idiomate dicitur spectaculum. Quod hypotheti in Olynthiacis Demosthenis orationes prima Libanus significat. Moris fuit Athenis, ut Respublica duos clarigaret obolos, alterum pauperioris comparandis sibi alimentis impendebant, alter theatrici architecto erogabat: Neque enim lapideo utebantur theatro ea tempestate. Propterea Demadem dicere solitum accepimus, Theoricam id genus pecuniam esse demooratig glutem: & Laconem virum (sicuti videtur) rerum haudquaquam imperitum, vehementer falli Athenienses, qui ludis tantum impenderet studij, & que in classis exercitumque apparatus forent abstulenda; in theatricas erogant voluptates. Pericles primus videtur popularem accupatus gratiam ex stratoticis theoricis constituisse civitatis proventus, ne jure spectandi tenuiores privarentur. *Cel. lib. 8. cap. 9. A. L.*

Romani, quantum ludis, & spectaculis delectati fuerint, illud satis indicat, quod Trebonius auro, alii argento, plerisque eboræ, & Catulus velis carbasinis, Lentulus Spinter bysino velo theatrum texerit. Nero Cæsar auri ramenta pro arena stravit. *Alex. lib. 3. cap. 16. De hoc ipso Floratus l. 2. epist. 1. sic scribit:*

Si foret in terris rideret Democritus, seu stultus ille apertus. Diversum confusa genus pambæra camelo, sive Elephas albus vulgi converteret ora: Sed hæret populum ludis attentius ipsi, ut sibi præbentem mimo spectacula plura. Scripserat autem narrare putaret asello Fabellam fudo. Nam que pervincere vocis Evaluere sonum referunt que nostra theatra dant. Garganum mugire pates nemus, aut mare Tuscum.

Tanto cum strepitu ludi spectantur, & artes, & divitiæque peregrina: quibus oblitus adferuntur. Cum sitis in scena, concurrat dextera lava. Dixit adhibe aliquid? Nil sane. Quid placet ergo? Lana Tarentino violat imitata veneno.

M. ANTONIUS Trimumvir ludis, & spectaculis deditus fuit in ipso belli apparatu. *Plat. in Antonio.* Ad spectacula à JULIO Cæsare edita tantum undique confluxit hominum, ut plerique Advenæ, aut inter viicos, aut inter vias tabernaculis ploristi manerent: ac sæpe præ turba elisi, examinatique sint plurimi, & in his duo Senatores. *Suetonius, lib. 3.*

CLAUDIUS Imp. emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit. Sed cum proclamantibus naumachiariis, Ave Imperator, moriturus te salutem, respondisset, Ave te vosneque post hanc vocem, quasi venia data, quibusquam dimittere vellet, diu cunctatus, an omnes igni, ferroque absumeret, tandem e

fede sua prostravit: ac per ambitum læus non sine fæda vacillatione discurrens, partim mirando, partim adhortando ad pugnam compulsi. Hoc spectaculo elatis Scula, & Rhodia concurrerunt, duodenarium tririmum singula, exciente buccina Tritione argenteo, qui è medio lacu per machinam emertrat. Fecit seculares ludos quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempore reservatos: quamvis ipse in historijs suis prodit intermissos eos, Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegeisse. Quare vox præconis irrisa est, invitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cum superessent, quos spectaverant, & quidam histronium producti olim, tunc quoque producerentur. *Suetonius.*

NERO Cæsar interdum clam gestatoria fella delatus in theatrum, seditionibus Pantomymorum ex parte profœniis superioribus, signifer simul, ac spectator aderat. Et cum ad manus ventum esset, lapidibusque, & subfelliorum fragminibus decerneretur, multa & ipse jecit in populum, ut etiam prætoris caput consauciaverit: *Sueton.*

PROPRÏ Dion, Domitianum inter spectacula noctu inferorum fabulas exhibuisse, domo ad id instruta, in qua profus omnia viderentur nigra, excitatis quoque ex pavimento mitro ingenio tabernaculis, Senatoribus modo, equitibusque sine servitiis ad spectaculum admittis. Unicuique verò sepulchralem impegit columnam, nominibus etiamnum adjectis, apposta & lucerna, ut in monumentis asfolet. Hinc formosiores pueri atro expicti colore prodibant, mortuorum præferentes imaginem, ac metuculosa abientes affidentium singulos salutatione, ad verum omnia implebant, terribis omnibus, ne mox jugularentur. Nam & quæ ad eadem maxime spectare videbantur, proferebat Domitianus; Paulô tamen post dimissi cum donis omnes, exiis, que in cœna fuerant parata. *Cel. lib. 10. cap. 12. A. L.*

ALPITUS, Tagassensis postea Episcopus, D. Augustini amicus summus, in juvena (antequam ad Christum conversus esset) Circensium ludorum spectaculis ad infamiam usque deditus fuit, à D. tamen Augustino ad meliorem vitam vocatus. *D. Augustinus l. 3. Confess. cap. 12.* studium suum theatralium dramatum, quo supra modum juvenis tenebatur, non in modo quia inane, sed & quia ad corrumpeudos juvenum animos plurimum facit, deplorat. Fictis enim hisce fabulis aures, mentesque prurientes veluti scalpi; sed huic frictioni fervorem, tumorem, sanieque virulentam succedere.

SPECTACULA DONO DATA, EXHIBITA.

Consule Locum Munerum, Tit. Munera præstantiora, ubi Spectacula, munera publica.

Spectrum.

Vide infra, SPIRITUS.

*** Speculum.**

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SPECULUM est instrumentum ex vitro, chalybe, stanno, argenteove; inventum imaginem representans. *de antiqua Græcè, Ovid. l. 3. de arte amandæ.* *de antiqua Græcè, Ovid. l. 3. de arte amandæ.* *de antiqua Græcè, Ovid. l. 3. de arte amandæ.*

Sunt, qui naturæ ipsi tribuant inventionem speculorum: Hæc ait *Seneca. l. 1. Natur. qu.* ut homo se in iis contemplans scriptum posceret, Quamvis ætas posterorum in vitium naturæ beneficium converterit, & in vitium istud tam promptum in libidinem mutaverit: Unde tandem artificialium speculorum industria promanavit, ex similitudine eorum, quæ in aquis lapidibus politis, aut metallo natura effinxit: Cum enim inquis sul amor homines impellat ad formæ suæ contemplationem, factum ut ea amarent, in quibus representari formam suam viderant, tandem potente rerum luxuria, specula inventa sunt totis paria corporis, auro celata, & gemmisque adornata. Certè natura ipsa in oculis animantium formam, & similitudinem oculorum expresse: liquidem humoris crytallini nigrorem quandam à tergo adjunctæ: è quo ad eos, qui aliorum pupillam intropiciunt, imago refilit; unde scite dicitur, ut speculum est oculus artis, ita oculus esse speculum naturæ, sic de aqua dixit *Virgilius:*

Nuper

nupur me in listam vidi,
A Cum placidum ventis flaret mare,
 De SPECULORUM INVENTORIBUS.
Vide Locum de Mechanicis opificibus, consideratis
respectu Organi, &c.
 USUS IN GENERE.

Speculorum usum communem nemo ignorat hunc esse, ut
 intuentes imaginem sui videant, & contemplantur. Unde a specu-
 lo, quod idem est quod contemplor, nomen accepit. Quibus
 mulieribus potissimum serviant ad luxum, & ornatum, ut qua-
 rum luxuriosus eorum processit, ut etiam in libellis quos ad Ecclē-
 siam deprecatur adferunt, specula componant, quibus mun-
 dum muliebrem, & phaleras suas, ac capillitium inter servidas
 scilicet suas preces adormet. Servit autem speculum formoso,
 ut vitet infamiam: deformi, ut redimat indolem, & virtute, quod
 deest corpori. Juveni, ut admonetur etatis lubrica, & indom-
 ita, ac virum se præstet: Seni, ut nihil canitiæ suæ indeco-
 rum agat, & de incolatu finiendo cogitet.

IN SPECIE.
AD ANIMUM COMPOENDUM.
Plutarch. Dial. de cobibenda ira ita scribit. Si quis elegans,
 & accuratus comiterit famulus, ægrè non tulerit, si mihi i-
 rascenti speculum offerat: sicut nonnullis, ubi laverint, nulla
 utilitate exhibetur. Etenim videre seipsum contra naturam af-
 fectio, & conturbatio vultus non parum facit ad damnandam
 iram.

Quam rem ita expressit Ovidius:
Specul. hoc, dixit non est mihi tibia tanti,
De vidit vultus Pallas in anno suo.
Vos quoque, si media speculum spectetis in ira,
Cognoscet factum vis satis illa suam.
 Ita & PLATO discipulos suos admonerat, ut se ebrios in
 speculo contemplantur. Sic enim fore, ut dum faciem suam,
 futiendam, & phrenetico similem intuerentur, in postu-
 rum ab ebrietatis vitio abhorrenter.

Quin & Pater familias olim eundem in finem, atque usum
 filios suos famulorum ebriorum fanaticam, turbulentaque facie
 quasi in quodam speculatio orbe sibi objecto, quid sese dede-
 ceret, intueri jubebat.

Phædrus Fab. 47. Sororis ad fratrem.
Præcepto monitus, sæpe te considera.
 Habebat quidam filiam turpissimam,
 Idemque insigni, & pulchra facie filium.
 His speculum in cathedra matris suppositum fuit,
 Puelliter ludens, forte inspexerat.
 Hic se formosum scibat, illa inscruatur,
 Nec gloriantis sustinet fratris iocos,
 Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.
 Ergo ad patrem decurrit læsa iuvicem,
 Magnaque invidia criminatur filium.
 Vir nactus, quod rem feminarum tetigerit,
 Amplexus ille utrumque, & carpsit oscula,
 Dulcemque in ambo caritatem partiens:
 Quotidie, inquit, speculo vos uti volo.
 Tu formam ne corrumpas nequitia malis,
 Tu faciem ut istam maribus vincas bonis.

L. ANNEUS SENECA: Inventa sunt specula, ut homo se no-
 ceret. Multa ex hoc confecta, primo sui notitia, deinde &
 ad quadam consilium, formosus, ut vitaret infamiam: de-
 formis, ut sciret redimendum esse virtutibus, quidquid cor-
 poris decessit, juvenis, ut flore etatis admeretur illud tempus
 esse discendi, & fortia audendi: fene, ut indecora canis de-
 poneret, & de morte aliquid cogitaret, &c. cap. ult. lib. 1.
natur. quasi.

NOMUS lib. 5. Dionysiac.
 Interdum ferrum habens respiciens delectabatur puella
 Pulchritudinis reverberata iudicio. Spontanea vero
 Tacito præcone imagini credebat suæ pulchritudinis
 Adulterum umbratili corpus disjucians speculum.
 Insultatorem vero renidebat ob formam. Proserpina au-
 tem
 Per se signatum simulacrum intuens frontis
 Mendacis adulteram faciem intuebatur Proserpina.
 Unde & SOCRATEM Philosophum legitimus speculo ad
 morum disciplinam, formandoque animos esse usum: Quippe
 suavisse discipulis fertur, crebro ut semet in speculo contem-
 plarentur: ut, qui coram foret pulchritudine sibi complacitus;
 procuraret, ne corporis dignitatem, morum dehonestamento
 pollueret. Qui vero minus in se visendam formam inspec-
 set, minusque se eo nomine commendabilem; naviter consur-

geret, ut virtutis splendore inopiam formæ collustraret, atque
 ingenio damna corporis, ac naturæ rependeret.

Quocirca eleganter SENECA: Speculum, inquit, in quod ad-
 spicimus, ac speciem, hoc est effigiem nostram contem-
 plumur: datum nobis à natura fuit, non ut pilos & supercilios, aut
 barba vellemus, non ut faciem inficeremus coloribus, non
 ut rugas traheremus: sed ut nosmetipsos nostemus, moreque
 illius intuitu in melius formaremus; prout antiquos illu-
 strasse cognovimus.

AD MINISTERIA CORPORALIA.
His de variis Speculorum generibus, eorumque effi-
ciis, & usu vario.

SPECULA FALLACIA.
 Fallax speculum dicitur, quod non fideliter objectam spec-
 ciem, sed planè aliam, atque ementiam repræsentat; adeo
 ut interdum etiam formosissimi deformes appareant, & e con-
 versio deformes pulcherrimi; prout disposita est, certoque arti-
 ficio temperata speculi superficies, aut ipsa materia. Unde &
 Poeta quidam deformem quandam, quæ quod pulchra quan-
 doque fuisse, rugosam nunc feni faciem nollet agnoscere, &
 speculi potius vitio attribueret errorem, sic de speculo suo
 conquerentem inducit, lib. 3. Trist.

Cumque aliquis dicit, Fuit hæc formosa, dolebit.
 Et speculum mendax esse querere tuum.
 Adeo ut capropter quoque, si ve quod verè specula falle-
 rent, neque objectam sincerè effigiem redderet (qualia exci-
 tisse Poeta supponit) si ve quod repræsentat per specula effi-
 gies, & formæ intuentibus non arriterent, dicit interdum auctor,
 prædicatque ancillulis, hoc modo:

Tempus erit, quo vos speculum vidisset pigebit:
Et veniet rudis altera causa dolor.
 Flet quoque ut in speculo rugas aspexit ancilla non
 Tyndaris: & specum cur sit bis rapta requirit.
 Quod spectat & illud, quod quidam rectè dicit: Senibus in-
 visa specula, Senes enim, atque anus, uti & Simia, didicisse natu-
 ram, specula longè præcipient; ne, si in illis contemplari velim,
 immutatam faciem non agnoscant, & se alios esse, atque videri
 lamentari cogantur.

Ad quod respexit Horatius carmin. lib. 4. Od. 10. sic canens:
Dices heu quoties te in speculo videris alterum?
Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur bis animis incolomes non redeunt gena?

Tametsi verò fallacia illa, proprio vocabulo, specula appel-
 lentur, quæ aliam quam obiecti effigiem, ac figuram repræ-
 sentent, aut eandem aliter, quam verè est efformatam: fallacia
 tamen & illa vocari possunt, de quibus Iustinus Martyr,
 quando in eas feminas (tametsi Christianas) declamavit, quæ
 dolosa arte tentabant eipsum, quæ Christianis essent alo-
 qui mulieribus interdida. Sic enim ait: Usu venit quibus-
 dam scissas fallentibus, ut cum aperte vultum pigmentis
 fingere non audeant, arte id faciunt: Nam in undam, aut o-
 leum facie inclinata despicientes, de seipsis judicant, an ad-
 versus castitatem belligerat possint. Non quod specula illa
 naturalia fontis, vel olei fallerent intuentes; sed quod ille cu-
 riosè tali arte utentes, præscriptam pudicis Christianis mulie-
 ribus legem eluderent. Quales enim quasi pudicitie nundi-
 natrices eas habet Tertullianus: quæ ut ait, consilium formæ
 à speculo petunt.

Id autem efficit in hac arte Perspectiva; ut in uno, eodem-
 que speculo aliquando unus rei plures sese ostentent imagi-
 nes. Si certo modo constituta, imaginetur prorsus nihil: sicut
 autem mutato, imaginofum reddatur.

Id comminiscitur quoque ars ista, ut caput in imo appa-
 reat, pedes verò sursum, testè Varrone. Excogitantur &
 monstrifica ut in templo Smyrnatæ dicata, ut auctor est Plini-
 us.

Vidi ego quoque apud ABRAHAMUM Ortelium Cosmogra-
 phum Anverpien. quosdam contemplantis (natura licet forma-
 tum quam optime) mirè in actum adductum, horrendè verò in
 altum extendent. Eie vicissim alia, quæ labra compressa
 sine modo utrimque in latera diducerent. Alia, quæ nasum si-
 mum, & strumofum referrent: alia verò quæ præcunctum, &
 enormiter prominentem: atque ita de omnibus, quæ obiecti-
 bantur, in monstris deformitatis reddentia.

Quid de fallacibus istis, & artificialibus, de quibus Pausa-
 nias in Arcad. lib. 8. dicitur? Ad dexteram (inquit, de Cureti-
 bus tractans è delubro egredienti) speculum in tentorio pa-
 rietis aptè inclinum est: in quo qui inspexerit, suam ipsius im-
 aginem, aut parum perspicue, aut prorsus nihil cernet: deo-
 rum tamen signa, & solum ipsum dilucide intuebatur.

De

A De TIGRIS memoratur, quod cum sit velocissimum ani-
 mal (nomen à Medis, & Armenis habens, qui sagittam ti-
 grim appellant; atque rapacissimus quoque fluvius Tigris
 vocatur) viva tamen adhuc, atque adulta capi nequeat: sed ca-
 tulus absente matre, ab equis velocissimo quandoque surprit-
 tur. Quod dum superveniens mater agnovit, rapidissimo cur-
 su raptorem insequitur. Ille verò, scitens certo se non cecidit, sed
 arte tantum posse ferocis bellæ perniciter evadere, vitreum
 orbem in speculi morem confectum delabi sinit in quem inci-
 dens tigris, seque in eo admiranda contemplan, remorant-
 que, dum catulum suum se videre existimat, à fugiente interim
 raptore delabitur, ac omni spe sua frustratur.

URENTIA, sive CONCAVA.
 Concavum speculum est, à quo radii solis unum aliquod
 punctum coeunt; in quod non lucem formoso, ac radios,
 conversum ad solem reflectit, verum etiam calorem emittit
 talem, ut facilis interdum objectu fomitem, quam ignis accen-
 dat. Utque magis admirare, planum speculum lucem tantum
 refficit, sine calore: convexum verò, nec calorem, nec
 lucem: cuius idcirco liberior est in aliis usus. Nam cum imbe-
 cilli sint oculi nostrum, ut recto obtutu solem sustinere non va-
 leant, nec formam eius, habitumque, & verum illum ignis
 calorem contemplant: inventum est opus, ad augmentum specu-
 culi, ut non modo orientem, occidentemque, solem quemus
 conspiceret, verum etiam supra nos stantem, & nullo rubore
 perhulsum, sed candida luce fulgentem tranquillè, & citra ocu-
 lum molestiam, contemplantur. Sic nimirum, & Solis celsi-
 ties per speculum commune, ac planum, hoc est, Solis, Lunæque
 imagines, in offenso intuitu conspiciuntur. Sed è contra specu-
 lorum arte elaborata concavitas, collectos, ut dixi, in idem
 punctum solis radios, ita condensatos, contractosque in obje-
 ctam ex adverso rem, materiamque reflectit, ut & plumbum
 in tectis colluquescere faciat, & aptam combustioni mate-
 riam, quasi igni inspecto comburat. Huic rei admiranda, non
 minus miranda fides facit: quod nempe Menestratum in tem-
 plo Diane Heæcaten tanta matris radiatione scilicet com-
 pertum est, ut in ejus contemplatione aditui spectatores ad-
 monere solent, parcerent oculis. Ne scilicet nimia radiorum
 perfrictione fulgor egrediens visus aciem non solum hebe-
 taret, verum etiam arefacto, excocloque interius nervo optico,
 vim visivam depouleretur.

C CLARIUS hujus utilitatis, desagratiōnisque testimo-
 nium Archimedes nobis factum admirandum suppeditat,
 quod à Galeno proditum legitimus. Ille enim Archimedes Sy-
 raculanus, in omni quidem Geometria multum ante alios
 admirabili viri subtilitate, sed in speculorum ratione pertra-
 ctanda, vel maxime memorandus fuit. Non solum enim im-
 menti volumine acerrime speculorum naturam, ac diversita-
 tem rimatus est; verum etiam aptè ipsu, concavi in urando
 speculi efficaciam, certo experimento testatam fecit. Nam
 hostium naves, pice nullo negotio ignem concipientes, speculi
 ministerio concremavit.

Sunt & transparentia quædam speculæria vitra, quæ si ex
 adverso soli ponantur, appositum accendunt fomicem. Sic in
 quadam Asia urbe domum desagratiè contigit, fenestra
 cuiusdam vitæ lignis pice liti adiacentibus, & in extrema parte
 columbino retimento ex, putrefactione amplius arefacto.
 Nam eo validus solari radio vaporante (ut altare aliolet me-
 dia) materia flammam concepit, mosque ad summum per-
 venit incendium.

Sic quoque celebratur MEDÆE pharmacum ignibus ad-
 motum inardescere: constat enim sulphure, & asphalto
 Dumentorio. Hæc de speculi urentis portento, à natura, &
 arte producto.

PURGANTIA.

Huic titulo serviet aneum illud labrum Exod. 38. quod
 MOYSES Dei iussu in tabernaculo usum fieri curavit despeculis
 mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Nam in illo
 & specula habemus maculis detegendis, & aquam detergen-
 dis. Si (quod aliqui putant) labrum ipsum fusile ex æreis
 mulierum speculis constat fuit (nam olim ferro, quod
 dum transiit in usum
 Assiduus, splendore micat, vultuque nitenti
 Auspè ad argenti decus aspirare superbum,
 & ex albo plumbo, id est, stanno, & mixtis ex hisce ma-
 teriis, specula fuisse facta, est in consensu) speculorum saltem
 materia speculandi memoriam repræsentat: quemadmodum
 thuribula æneâ illegitimorum sacerdotum igni à Deo con-
 sumptorum, Dei iussu in laminas producta, & affixa altari, pro-
 signo, & monumento filii Israël serviebant, ne quis amplius

alienigena ad dera accederet, ad offerendum incensum Domi-
 no. Sin verò (ut alii volunt) etiam ipsa speculæria integra in cin-
 cuitu labri desca conspicua fuerint, in quibus, ut putant, et
 cumque Sacerdotes, & Levitæ se locuti, & lavantes inspi-
 cerent, tuncque aqua sordem præsentem mundarent, tunc
 VANITATEM FOVENTIAM.

Qui vanæ gloria, formæque concinnandæ dant operam,
 speculi adminiculo illam pruriginem, animi accendunt, & ejus
 fatuitatis exemplam innuntia sunt.

Ortho cum Romanis omnium gentium fortissimis impera-
 ret, speculum in bello civili contra Vitellium deſerebat, ut se,
 dum tolli signa juberet, armatum, comptumque intretetur.
 Hæcine momentum ullum eam in rem conferbat, ut se
 majori sui terrore futurus esset hostibus, quo sibipie in ar-
 mis, & eo poris culta videretur ornatus? Forma virtum negligēta
 decet, & bellicoso duci, aut militi, terrore in hostium oculis posi-
 tius est, querendus, quam muliebris illa in cura mollities.

È contra SEMIRAMIS quæ, cum aliquando citra corporis cal-
 tum occupata, desceidit Babylonem, intellexit esse soluta: ad
 huc altera crinium parte, ad eam recuperandam occurrit, nec
 prius decorem capillorum redegit in ordinem, quam urdem in
 illam iterum potestatem vidisset reditam.

APULEIUS de pompa stidus inquit: Mulieres splendentes
 candido ammine, verno florentes coronamine, quæ de gre-
 mino per viam, qua facti incedebant comitatus, solum steme-
 bant hostibus. Alia, quæ nitenibus speculis pona tergum re-
 versis, venient deæ obvium commoustrant obsequium. Hæc
 lucubratiōibus Joan. David, Societ. Jesu supposita.

Spelunca.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.
 Speluncæ sunt antra, sive specus subterranei, aut mon-
 tium concavitates, quæ rudi adhuc sæculo habitatiōni
 intervebant. Inde illud Ovidii: *inter montes speluncæ sunt*
domus antra fuerunt.

Et Virgil. lib. 6. Æneid. *speluncæ sunt montes*
Spelunca alta fuit, velleque immanis hiantis
Serpentes, suta lacu nigro, nemorumque tenebris.
 Etiam spelunca desceidisse constat ex S. Liceris frequenter
Vide Locum de Caddaveri, Sepulchra.

Speluncæ CELEBRES.
Pete. Loca materialiter considerata in Speculo.

HABITARE IN SPELUNCIS.
Ex Loco de Domo, Habitatione, & Anacoretis.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Spes generatim sonat expectationem boni: idque futuri
 Sæculi, possibilis. Quia ooni, differt à timore, quia futuri,
 differt à gaudio: quia adus, differt à communi desiderio, & cu-
 piditate: quia possibilis, differt à desperatione. Accipitur ali-
 quando pro passione, quomodo etiam brutis communis est.
 Hebraicè *Bitebab*, à verbo *Batabab*, confusus est.

Est autem Spes virtus. Theologica attingens Deum immed-
 iatè tam in ratione primi efficientis, quam in ratione ultimi
 finis, quod confirmatur ex Apostolo. *1. Cor. 13. ad Hebræos 11.* Qui
 confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut an-
 choram habemus animæ tutam, ac firmam incedentem usque
 ad interiora velaminis, id est, usque ad Deum ipsam, qui
 habitat in Sancto Sanctorum. Spes enim, quæ ponitur in
 Creatura, non est tara anchora, & firma, sicut bene dixit
 Philoſophus: est somnium vigilantium, & timorè decep-
 tionis conjunctum habet ut merito dicitur SENECA: *spem u-*
na cum timore eadem catena esse revinctam, & post spem
metum sequi.

Differt autem à fide, quod hæc sit etiam malarum, &
 timendarum rerum, immo præteritarum, presentium, &
 licitarum, cum Spes sit bonorum futurorum, & pertinentium
 ad eum qui exspectat. A charitate distinguitur, quod per hæc
 Deo bene velimus propter se: In spe vero nobis tanti
 boni possessionem volumus per visionem Dei. Ita Mal-
 derus Tract. de Spe, q. 17. art. 6. Comment. de Virtutibus
 Theologicis.

S. Chrysologus ita dicit: Sæpe ad futura tendit, fides ad pro-
 missa transmittit: cum res venerint, advenient, & promissa,
 spes definit, fides cessat. Dulcis est epistola, sed usque dum
 veniat.

veniat ipse, qui misit; necessarium chirographum, sed usque ad debitum redditionem: grati flores, sed usque dum veniatur ad poma, sed presentia epistolam delet, rumpit solutio cautionem, flores consumuntur à pomis, & ideo te superni Patris filium, hæredem Dei, coheredem Christi, participem regni cœlestis, confessorum divini Judicis, cœli incolam, Paradisi possessorem; modo designatum de fide noveris: modo spe, non te noveris te promotum. Et ideo suscipite fidem, tenete spem, dicite symbolum: ut ad rem, & ad illa valcat bona, quæ prædiximus, pervenire. *Sermone 62. m.*

OBJECTUM.

Spei objectum materiale, ut loquuntur Theologi, est Beatitudo, sive vita æterna. Hanc enim speramus; unde Apostolus ad Titum c. 2. Expectantes beatam spem, & adventum gloria magni Dei. Itaque bona creata, tam naturalia, quam supernaturalia, quatenus conducunt ad Dei comprehensionem, aut inde consequuntur, pertinent ad objectum spei.

Objectum formale est Deus ipse, ut auxiliator, aut largitor illius boni, quod adipisci speramus: vel quod in diem redit, auxilium divinæ potestatis, & pietatis, ut loquitur S. Thomas. B hæc enim est ratio immediate movens, & inducens ad expectandum bonum arduum tali dignum datore.

SUBJECTUM.

Subjectum spei D. THOMAS constituit appetitum superiorem, sive rationem. Objectum enim ipsius est bonum divinum, adeoque supra rationem.

SPEM QUI HABEANT.

SPES, ut est virtus Theologica, non est in Beatis post hanc vitam. Spes enim ait Apostolus, quæ videtur, id est, quando res sperata possidetur, non est spes; nam quod videt quis, quid sperat. An verò secundum habitum non maneat in Beatis, inter Theologos controversatur, quamquam negativa pars sit certior.

In CHRISTO viatore non fuit spes, neque ante, neque post resurrectionem, quia semper vidit Deum. Omnes Iusti habent hanc virtutem, qui clarè Deum non vident, quales erant Patres in limbo, & modò animæ in Purgatorio, Angeli in via, adeoque omnes fideles in hac vita, etiam si sint peccatores.

C Damna tamen nec habitum spei retinent, nec illius actum habent. Quoad spem viatorum certa ea est, & firma, ut quæ non confundit iuxta Apostolum ad Rom. c. 5. Unde Magister Sent. definit spem certam expectationem futuræ Beatitudinis venientem ex Dei gratia, & meritis. Idem Apostolus dicit: Scio, quia credidi, & certus sum, quia potens est populum meum servare. Eaque certitudo in nobis excludit desperationem, hæsitationem, & diffidentiam: Inanimabus verò Purgatorii etiam timorem de non obtinenda re sperata.

ENCOMIUM, ET EFFICACIA. ETHNICORUM TESTIMONIA.

De hac ita Theocritus: *Θωπιόσ σ' οχρὸν οὐκ ἔστιν ἄλλο, εὐχ' ἀδελφὸν ἴσως ἀμείνω, Ἐπιπέδ' ἐν ἑσπέρῃ, ἀδελφὸς δ' ἀνδρῶν.* X. οὐκ ἔστιν ἄλλοκα μὴδ' οὐκ ἔστιν ἄλλοκα ἢ οὐκ. Fidei amico decet, melius cras forsitan habebit, Sperandum est vivis, non est spes ulla sepulchris, Nunc pluit, et clarus nunc Juppiter æthere surgit.

D Julius Polyænus verò ita ait. *Ἐπιπέδ' ἑσπέρῃ κλεινὸν ἢ πομπῆς ἢ* Hæc, quæ pollicetur, sperantur. *Ἐπιπέδ' ἑσπέρῃ κλεινὸν ἢ πομπῆς ἢ* Spes vitæ semper furatur mentem: extrema autem Aurora multa prævenit negotia. Similiter Sophocles: *Ἐπιπέδ' ἑσπέρῃ κλεινὸν ἢ πομπῆς ἢ* Spes enim alit homines plurimos.

Ex Latinis verò Poetis ita legitur apud Ovid. 1. Pont. 7. Spes igitur pama menti, Græcine, levanda Non est ex toto nulla reliqua meæ. Hæc Deæ, cum fugerent sceleratas numina terras, In altis invisâ sola remansit humo Hæc facit, ut vivat fossor quoque compede vincibus, Liberataque a ferro curva furura putet. Hæc facit, ut videat cum terras undique nullas, Naufragus in mediis brachia jactet aquis.

Sæpè aliquem solers medicorum cura relinquit, Nec spes huic vena deficiente cadit, Carcere dicuntur clausi sperare salutem, Atque aliquis pendens in cruce vota facit, Hæc Dea quam multos laqueo sua collo ligantes, Non est propostia passa perire necesse. Me quoque conantem gladio finire dolorem Arguit, injeclis continuè manus. Similia quoque habet Tibull. 26. Jam mala finissem letho, sed credula vitam Spes fovet, et melius cras fore, semper ait. Spes alit agricolæ: spes sulcis credit aratis Semina, quæ magno favore reddat ager. Hæc laqueo volucres; hæc captas arundine pisces. Cùm tenues hamis addidit ante cibum, Spes etiam valida solatur compede vitulum. Crura sonant ferro, spes canit inter opus.

Aliud incerti Auctoris. Spes fallax, spes dulce malum, spes summa malorum, Solamen miseris, quæ sua fata trahunt. Credula res: quam nulla potest fortuna fugare. Spes stat in extremis officiosa malis. Spes verat æternis Mortis requiescere portis, Et curas ferro rumpere sollicitas. Spes nescit vinci, Spes pendet tota futuri Mentitur: credi vult tamen illa sibi. Improbæ, mentis inops, rebus gratissima lapsis, Quas fovet, et veri fata subinde docet. Sola tenet miseris, invidios sola moratur, Sola perit unquam: nec perit, atque redit. Sæpè bono, rursusque malo blandissima semper. Et quos decipit, decipit illa tempora. Instabilis, dubio detexa ad tamen motu, Audax, et clausum, quæ putet esse nihil. Omnia promittit nota levitate Deorum. Nil fixum, et casus admovent esse leves. Naufragus hæc cogente natat per fata procellis. Equora, cùm mensas videt ante rates. Captivus duras illa solante catenas. Perfert, et vult vincere posse putat. Noxius infami districtus sistit membra. Sperat, et affixa posse redire cruce. Spem iussus præbere caput, paloque ligatus, Cùm micat ante oculos strida securis, habet. Sperat et in sero vitulus gladiator arena, Sic licet in festo pollice turba minax. Et qui decenti jugulo invidiosa moto Spem, quamvis lecto jam referatur, habet. Spem recipit carcer foribus præclusus abenis. Spes et in horrendo robore parva manet. Spes Marium movit turpi se credere limo, Et tantum furto vivere velle virum. Hæc illum Libya penetrare in litora visæ Jussit: et d' superi, quis fuit ille dies. Quo Marium vidit supra Carthago jacentem? Tertia par illis nulla ruina fuit. Spes Magnam profugum toto discurrere in orbe Jussit, et pueri Regis adire pedes. Spes uni nunquam potuit dare verba Catoni, Mendacisque Dea non tulit ille dolos. Quid non spes audet? Priamo post Hecora mansit, Spes fuit uxori, Proteflac, tuæ Orpheus infernas speravit tollere leges, Tartareum et cantu scelleret posse canem. Hæc duce per medias enavit Dædalus undas: Et nova mirantis terruit ales aves. Passphæ (quid non homini sperare licet?) Speravit torvo posse placere bovi. Sperat, qui curvo sulcis pererrant aratro. Sperat, qui venis vela ferenda dedit. Spes hamis pisces, laqueo captare volucres. Erudit, hæc orbem bella cruenta docet. Spes sequitur gravibus rastrois mala rura domantem, In nova se nulla cum ratione parat. Semper adulatur, semper malefida vagatur: Et populos, urbes, totaque regna capit. Desertos medicis spes nunquam deserit egros. Desisti nunquam spem posuere rei. Spes est, quæ classes diverso ex hoste coadlas Ducit. Spes cupidus ducit in arma viros.

Et dicit, Duo, nec te presentia jungant. Fors varias mutat nobilitate vices. Incerto casu ludit Fortuna per orbem, Et semper, contra quæ fugit, inde redit.

PHILOSOPHORUM, ET ALIORUM APOPHTHEGMATA.

THALES sciscitans quid maximè commune esset omnibus: Spes respondit. Hac enim etiam illi habent, qui aliud nihil. *Stob. serm. 109.*

BIAS, roganti cuiuspiam, quid esset dulce hominibus? Spes ait. *Brus. lib. 6. cap. 11.*

RHODIUS quidam ob intempestivam libertatem à tyranno conjectus in cavem, in qua more nocentis bestie alebatur ad cruciatum, & ignominiam, amputatis naribus, ac fedata vulneribus facie, cum ab amicis admoneretur, ut inedia sibi malorum finem quæreret: Cuncta, inquit, homini quoad vivit speranda sunt. Citius illum laudarem quam istos, qui ob causas non admodum graves confugiunt ad laqueum, aut ad præcipitium. *Eras. lib. 8. Apophtheg.*

B DEMOCRITUS: ejus circumfusus talis sententia: Spes rectè sapientum voti compos fieri potest, insipientium verò impossibilis est. *Stob. serm. 109.*

SOCRATES dicere solebat, neque mulierem sine viro, neque spem bonam absque labore quicquam utile parere. *Stob. serm. 19. ser. 11.*

Neque navem unica anchora, neque vitam una spe fultam esse oportere dicebat. Id postea diditum est ab Epicteto. Item, improba spes, quemadmodum mali vix duces, in errorem inducunt. *Max. serm. de Spe.*

Idem, dicere solebat, spem malam nihil aliud esse, quam pessimam vitam docem, gravissimam quoque peccata. *Stob. serm. 109.*

PLATO Spem vigilantium somnium appellabat. Ad quod allusit videtur Virgil. cum ait.

An qui amant ipsi sibi somnia fingunt. Nam dictum mirum est, quam varias imaginationes patientur in animo suo, qui vehementer sperant aliquid. Atque hi inanius fatalibus perinde semet oblectant, ac si jam tenerent, quæ sibi pollicentur. *Ælian. lib. 12. de var. hist.*

DIOGENES percontatus quidnam in vita extremum esset? C Spes, dixit. *Stob. serm. 109.*

HERODES, ad confirmandos ad versus Arabes suorum animos: Fallax, inquit, spes est, quæ non suis viribus nititur, sed alienis advertis. *Brus. lib. 6. cap. 11.*

PLUTARCHUS dicebat, spes eruditiorum esse stabiles, ut quæ in rationis potu consistunt. Præsens animus, ac de belli eventu fidens, ac securus. *Plut. in Apophtheg. et in apophtheg. de de eodem Tit. sequentem.*

M. CATO de spe sic prædicasse narratur, auctore Plutarcho, quod quæ magna essent, pusilla faceret: quæ pusilla, profus nulla, sentiens, opinor, de periculis. Victoriæ spes extenuat omnia, quæ solent deterrere. *Eras. Rot.*

JUL. CAES. Obsecrantibus Casarem amicis, ut præsidio corpus muniret, multisque ad id operam suam pollicentibus, negavit se hoc facturum: Satis est dicens semel mori, quam assidua spe, & expectatione pendere. *Plut.*

D MITHRIDATES confobrinus Regis Ponti: Cùm itaque seipsum in omnibus ille non potuerit imitari, quomodo fieri possit, ut nos alteri familes efficiamur, & illorum propositum sequendo teneamus. Verum jucundus quidam, & tuavis affectus est ipsa spes, non ascensione solummodo capiens, verum etiam frustratione blandiens: quæ incitor, ut super omnes me tibi maximè gratificatorum exitum. *Epist. Græcis.*

EPICURUS: Quid est longissimum? Spes. Quid est spes? Vigilanti somnus, expectanti dubius eventus. *Altercat. cum Hadriano.*

SIMULACHRUM.

Expresit Spei simulachrum per modum dialogismi *Andr. Alciatus Emblemate XLVI.*

Quæ Dea tam lecto suspiciens sidera vultu? Cujus penniculis reddido imago fuit? Elpladi fecere manus. Ego nominor illa, Quæ miseris promptam spes bona præstat opem. Cur viridis tibi pallia: quod omnia me duce venient.

Quid manibus mortis tela refracta geris? Quos vivos sperare decet, præcido sepulchris. Cur in doliali tegmine pigra sedes? Sola domi mansi volitantibus undique noxis, Aferat ut docuit Musa verenda senis, Quæ tibi adest volucris? Carnix hædissimus oscen, Est bene cum nequar dicere, dicit, erit. Qui comites? bonus eventus, præcepitque Cupido. Qui præeunt? Vigilum somnia vana vocant. Quæ tibi juncta astat? scelerum Rhamnusa vindex, Scilicet ut speres nil, nisi quod liceat.

HIEROGLYPHICA.

Hominem, qui fugitivam rem aliquam nulla consequendi spe sectatur, indicare si voluissent veteres, *Anguillam* pingebat, quam manus à cauda prehenderet, tanta enim est lubricitate prædita, ut presentium manibus elabatur, quam facillimè, difficulterque contineri possit. *Pier. Val. 29. p. 273. C.* Quod si certam esse spem de ambiguate quapiam ostendere voluissent, obvolunt cum ficulneo folio pingebant: quod scabritie sua presentiam sitamminiculo, nequamquam irritò, unde proverbium: *τῶν ῥῶν ῥῶν ῥῶν ῥῶν. Idem ibid.*

EXEMPLA ETHNICORUM.

QUI, QUID SPERAVERUNT? Cùm NABUCHODONOSOR Rex Babylonius Hierosolymam obsideret, & Hieremias vates excidium urbi immineret, & Sedechiam Regem Babylonem abducendum prædicaret: emit tamen Hieremias, Domini jussu, fundum ab Hananele patruo suo Anathothense septem ficulis, & decem argenteis: instrumentum venditionis Baruch confecit, & ob signatum urnæ fictili jubeat Hieremiam imposuit. Fore enim aliquando, ut terra tunc desolata à Nabuchodonosore, restitueretur, & Judæi ex captivitate redirent. *Hier. 32. Pari confidentia Romani agrum, in quo Annibal urbem obsidens castra fixerat, licitati sunt. Livius.*

ÆTHRA apud Eurip. in Supplicibus hortans Thefeum ad capiendam arma contra Thebanos victores: Cadmi cernens populum feliciter re gesta, adhuc ipsum alios jactus per cubos facturum spero: Deus enim omnia convertit retro.

ALEXANDER Macedo proficiscens in Asiam possessiones domesticas, & veltigalia regia amicis pleraque divisit. Unus G nihil ex illius largitione accepit Perdiccas, sed rogavit: Tibi verò quid, Alexander, relinquit? Qui ut respondit: Spes meæ: ergo hatum, inquit, nos quoque erimus confortes. Neque enim nos tua capere, fed prædam expectare Darii decet. *Plut. orat. 2. de Alexandri fortuna.*

RHODIUS quidam ob intempestivam libertatem à tyranno conjectus in cavem, in qua more nocentis bestie alebatur ad cruciatum, & ignominiam, amputatis naribus, ac fedata vulneribus facie, cum ab amicis admoneretur, ut inedia sibi malorum finem quæreret: Cuncta, inquit, homini, quoad vivit, speranda sunt. *Eras. lib. 8. Apophtheg.*

ARISTIPPUM philosophum Socraticum ferunt aliquando ad Rhodiensium litus gravi naufragio ejectionem, amissis omnibus, vidisse in arena figuras quasdam geometricas: atque ad comites, morore posthabito, hilariter vultu exclamasse: Bene sperandum est: nam & hic quoque hominum veltigialia cernimus. *Laer.*

C. MARIUS obscuro genere natus, facinorum militarium commendatione ad Rempubl. accessit. Ac primum majorem petiit adilitatem. Ubi seniliter ea spe frustrari sese, eodem die mihi notem ambiit: & hac frustratus, haud tamen desperavit, se H Romæ civitatis primum fore: docens, quantum in rebus humanis valet improbitas. *Plut. in Roman. Apophtheg. Idem vi. Consul. Roma pulsus à L. Sylla, & profcriptus, grandi pecunia in caput ejus pronuntiata, variis erroribus, & periculis agiatus, oraculo se potissimum solabatur, quod acceptaret, septies se consulens futurum. Neque cum spes ea scilicet. *Sabell. 1. 3. Ennod. 6.**

Prædictum à mathematicis NERONI Cæs. olim erat, fore ut imperio quandoque destitueretur, unde illa vox ejus celeberrima, *τὸ τίχων πῶσα γὰρ τῆρα*: quo majore venia meditarietur citharædicam artem, principi sibi gratiam, privato necessariam. Spondendunt tamen quidam destituito ei ordinationem Orientis, nonnulli nominatim regnum Hieroglyphicorum, plures omnis pristinæ fortunæ restitutionem. Cui spei priorior, Britannia, Armeniæque amissa, ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Ut vero consulto Delphis à polline, septuagesimum, ac tertium annum cavendum

tam constant, ut articulati dilaniati non formidaret supplicia, sed appetere videretur. Eternæ denique felicitatis bona, quibus prævaticando se indignum fecerat, divina clementia suffragante martyrio suo redemit. Bonum est ergo (ut propheta ait) confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Jac. de Vorag. Epist. Januari.

Si quis verò delinquendi assuetudine induratus est, ut per se omnino corrigi non possit, non ideo desperet, sed senem illum Nicolaum imitetur: qui cum libidinibus ætatem consumeret, & neque anni ad finem vite urgentes, finem turpitudini facere posset, Andree Apostolo supplicavit, ut pro se Deum obsecraret. Sic enim sceleris conscientia ne orare quidem satis audeat. Precibus ergo Apostoli placatus Dominus, veniam indulgit, & ille correptus, peracta semestri poenitentia, hinc decedens misericorditer in fine salvatus est. Exemplum nobis reliquit, ut si quando spes vite emendanda, veniæ impetrandæ, ob peccandi usum difficilior contigerit, ad eorum, qui Deo placent, confugiamus auxilia. Nostri n. flagitiis irribi deo Divinitas, Sanctorum meritis, qui pro nobis oraverint, facilius mitigabitur, & ad miserandum citius converteretur. Adias in vita S. Andree.

Fuere præterea, qui non modò verbis, sed etiam scriptioibus Christianitati renuncians diabolo se dedere non dubitarent, post hæc tamen cum poenitentiam egissent, gratiam, à qua deciderant, recuperarunt. Jerosolymis Proterii principis viri servus Phaniæ, filie ejus amore captus, quoniam potius dæspes nulla esset, magos consuluit. Excitati maligni spiritus eam illi uxorem fore dixerunt, si ipse se diaboli servum describeret, contempto Christo. Conditione assensit, chirographum dedit, & nuptias cum ea, quam adamaverat, iniit. Post hæc deprehendit mulier, nihil profusus Christiani moris inesse viro, non orare, non ad Ecclesiam ire, non Crucis signum facere. Denique causam ab eo curiosus sciscitans, plenè didicit, & anxia remedium querens, Basilio Episcopo rem detulit. Tunc acceritum Phaniam Basilium hortatur, ut reverti vellet, unde per prævaricationem recesserat, & credere, & confidere in Domino: conversum secum domi retinuit, ac pro illo oravit. Et post xl. dierum jejunium, multaque interea Satanae insultationes eduxit, ut purgatum reconciliaret Ecclesiæ. Ibi frequenti Clero, plebeque urbis affante, voces terribiles audite, frementium, ac lamentantium demonum adversus Basilium, quasi raptores alieni servi. Sed eo jubente, etiam chirographum inviti restituit. Quo discesso, apparuit delictum esse Phaniæ crimen. Ira per mulierem fidèlem vir infidelis salvatus est, & qui desperaverat, & Episcopi opera ad spem rediit salutis. In vita PP. in vita Basilii, Sur. Tom. 1.

Hæc enim de qua DAVID in Psalmis gaudet, ob quam Domino benedicit, quam admiratur, in qua sperat, Hæc ubi loquitur, inquit, & letabor in misericordia tua. Quoniam respexit humilitatem meam, salvasti me de necessitatibus animam meam: Nec conclusisti me in manibus inimici.

tubernio annos septem usa, pie sancteque vixerat, clausis semper januis, nusquam inde discedens. Sed quid tam clausum, quo diaboli non penetrat invidia? Jam vigesimum ætatis agebat annum, cum inimici dolis, suggestioibusque subverti, juveni cuidam eò venientis confentens, in turpis luxuria soævam corruit. Sceleris conscientia, veniam desperavit, solitudinem reliquit, proximam ingressa civitatem, pristinas virtutes vitis aquavit, & permixta libidinis frenos, & que diu virginitatem accuratissimè servaverat, prostibulo obruta est spurcitiis. Postquam verò ab ipso Abraham sene, vehementer de ejus perditione sollicito, diu quaesita, & tandem inventa, illo hortante ad montem rediit, sanctitatis meritum, quod peccando amiserat, poenitendo recuperavit. Sic perita ovis boni pastoris humeris reportata, lupi fauces effugit, & electo tandem Dominico gregi meruit computari. Nunquam in Deo vana spes poenitentis fuit. Ephrem. in vit. PP.

PELAGIUS Antiochena, cum & divitiis, & corporis facie multum emigeret, luxurizæ ac libidinis dedita, usque adeo frontem fregerat ut gloriaretur, nullam se neque orationem, neque lasciviorum in publicum procedere. At ubi Nomiæ Helioscopi Episcopi prædicationes audivit, recognovit errorem suum, penitusque immutata, ornatum omnem abiecit, & quicquid habebat opum, pauperibus erogavit, atque impudicitiam finem statuens, in monte Olivæ tugurium sibi posuit, tum ne quis in solitudine manenti feminæ insidiatum induceret, sexu celato Pelagium se nominari fecit. Tantumque deinde vite sanctitate excelluit, ut de pelago virtutum facta diceretur pelagus virtutum, amarillimas Maria aquas in dulces convertens. In vitis PP.

Thais etiam Ægyptia meretrice, crebris Paphnutii Abbatis admonitionibus ad poenitentiam conversa, faculatas, quas non modicas corporis vulgatione paraverat, constructa pyra in ignem conjecit, & de prostibulo, ubi diu diabolus servierat, ad monasterium transiens servavit Christo. Post triennem ejus clausuram, Paulo Antonii Abbatis discipulo revelatum est, à dimissa esse à Domino Thaidi peccata. Itaque à Paphnutio de cella carcere educta, cum dies quindecim supervivisset, miragradat Paradisum, & consortio inserta est Angelorum. G. Talis beatitudo eos manet, qui vitam corrigunt, & spem suam in sola Dei misericordia semper collocant. In vitis PP.

Hæc est enim de qua DAVID in Psalmis gaudet, ob quam Domino benedicit, quam admiratur, in qua sperat, Hæc ubi loquitur, inquit, & letabor in misericordia tua. Quoniam respexit humilitatem meam, salvasti me de necessitatibus animam meam: Nec conclusisti me in manibus inimici.

* Sphæra.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SPHÆRA vox est Græca, Latine globum significans. Accipitur verò ab Astronomis pro instrumento rotundo, varios circulos continente, ex quibus totius mundi constitutio, & corporum celestium motus, ac situs dignoscuntur. Estque hæc definitio Sphæræ materialis, ut vocant, quæ quia mobilis est, debet habere aliquod, circa quod volvatur, quod Axem vocant, qui non est aliud, quam linea recta transiens per centrum Sphæræ, & applicans extremitates suas ad circumferentias ex utraque parte. Illæ autem extremitates dicuntur ab Astronomis Poli mundi, quod super illis tanquam immotis cardinibus volvatur mundus, à Græco ὁριζόντιον, quod verò significat. U-num istorum polorum à certa constellatione Arcticum vocant, alterum Antarcticum, prior Septentrionalis est, nec unquam nobis conspicuus: posterior Australis, & attollitur super nostrum Hemisphærium, ut dicimus Loco Particulari de Polis.

Desiniunt alii Sphæram, quod sit solidum quoddam, à superficiei convexa contentum, in ejus medio punctus est, à quo omnes Lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales.

Euclides definit, quod sit transitus circumferentiæ dimidii circuli, quæ fixa diametro, eò usque circumducitur, quousque ad locum suum redeat.

PARTITIO.

Bisariam dividunt Sphæram Astronomi. Primò quidem, in Sphæram rectam, & obliquam. Rectam vocant, cum uterque polus in Horizonte existit, æquè elevatus, aut depressus. Obliquam dicunt, cujus poli sic se habent, ut alter supra Horizontem artificialem, alter infra eum statuatur.

Secunda

Secunda divisio Sphæræ, est velut in partes integales, in undecim orbis celestes.

Addunt alii tertiam divisionem in Sphæram elementarem, & ætheream. Priorem vocant, quæ constat quatuor elementis & ætheratione continè peria existit. Eaque in quatuor dividitur. Est enim terra tanquam mundi centrum in medio sita, deinde elementum aquæ cum ambiens: dein aer, denique ignis. Posterior est, quæ decem orbis immobiles, & unum immobilem continet.

COMPOSITIO.

SPHÆRA componitur, ex circulis, quorum alii majores, qui Sphæram secant in partes æquales, ut Horizon, & Equator sive Equinoctialis, Zodiacus, & Coluri duo, Solstitiorum unus, alter Equinoctiorum. Minores, qui in partes inæquales Sphæram dividunt, ut sunt Tropicius tam Sancti quam Capricorni, & duo polares, id est, polus vicini. De quibus legatur Euclides, & Joannes à Sacroboscho. Item videatur Locus de Polis, Zodiaco, & Zonis.

Pulchre Claud. in Archimed. Sphæram sic ludit. Juppiter in parvo cum cernebat æthera vitro, Risti, & ad superos talia ditta dedit.

Hæcine mortalis progressa potentia curæ? Tam meus in frogili luditur orbe labor?

Jura poli, verumque fidem, legeque Deorum Ecce Syracusus transiit orbe senex.

Inclisti vastis famulatur spiritus ætheris, Et vivum certis motibus arget opus, Percussit propriam mentibus Signifer annum, Et simulata novo Cynthia mensæ redit.

Jamque suum volens eudæ industriam mundum Gaudet, & humana sidera monte regit. Quid falso insontem tonitru Salomonæ miror? Æmula naturæ parva reperta manus.

* Spiritus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Acceptio varia.

SPIRITUS, Græcè πνεῦμα, & πνεῦμα, spirito, & πνευματικός, spiritalis dicitur, Spiritus dicitur septupliciter: aer, vel ventus, corpora beatorum, anime beatorum, virtus imaginativa, mens, Deus, secundum B. Thom. 1. par. q. 4. art. 3. & 1. sent. dist. 12. q. 4. c. 1. Latini autem, & Græci non eadem est spiritus significatio. Communiter tamen accipitur, ut significet substantiam à materia separatam.

Ad majorem autem hujus nominis explicationem varias illius cum apud profanos, tum apud sacros scriptores, acceptiones in medium producemus. Cicero enim in l. de nat. Deor. pro halitu usurpat, quod unum cum cibo, & potu animantium vita sustentatur. Vir. 6. Æneid. pro vento, qui aerem turbat: Pro elatione animi. Cæsar lib. 3. belli Civ.

In sacris literis I. Spiritus, essentialiter acceptus, Deus est, Pater, Filius, Spiritus sanctus, incorporeus, spiritalis essentia, indivisibilis, simplex. Joan. 4. 21. Personaliter acceptus, est tertia persona in essentia divina, spiritus Dei, & Domini, nempe patris, & filii, verus etiam Deus, & æternus, consubstantialis, omnipotens, &c. Spiritus, pro divina Christi natura, Rom. 1. 4. 1. Corin. 15. 45. 1. Tim. 3. 16. 1. Pet. 3. 13. 18. spiritus, efficax præsentia spiritus sancti totum corpus Christi mysticum permeantis, 1. Cor. 6. 17. Ephes. 4.

2. Spiritus, pro sapientia summa in Deo, quidvis in mundo, & Ecclesia irreprehensibiliter extra, supraque humanam censuram agente. Mal. 2. 15. Nominè spiritus intelliguntur affectus illi, quos S. Scriptura Deo humanitas tribuit. Exod. 15. 8. 2. Sam. 12. 16. Job. 4. 9. & 15. 30. Psal. 33. 6. Esai. 30. 28.

3. Spiritus Deorum, id est, eximius, & divinus quidam spiritus, mortali homini concessus, Dan. 4. 5. 6. & 7. 11. 14. spiritus, is, qui spiritus S. dono peculiari se præditum esse asserit, 1. Joan. 4. v. 1. 2. 3. 6. spiritus pro organo, per quod sanctus spiritus vitam infundit, & operatur in electis Dei. Joan. 6. 63. spiritus, pars regenerata in electis, animi opposita. Rom. 8. v. 6. 9. 10. Gal. 5. 17.

4. Spiritus, pro pietatis studio à S. Spiritu profecto, Gal. 5. 8. pro revelatione à Spiritu S. prolata, 2. Thes. 2. 2. pro hominibus prophetia dono ornatis, 1. Tim. 4. 1. pro spiritali dono, 1. Cor. 4. 12. pro eo, qui ad adoptionis gratia præditus est, Joan. 3. 6. pro spiritali modo, legali, & externo ritu oppositus. Id. 4. 14. 24. Phil. 3. 3. pro spiritali ratione, & vi fidei, quæ divinis L. B. Doct. vit. Human. Tom. VII.

promissionibus innititur. Gal. 4. 19. Pro verbo Christi, Isa. 11. 4. 2. Thes. 2. 8.

5. Spiritus, nominantur Angeli boni, Job. 4. 15. Mat. 23. 9. Hebr. 1. 14. Et Angeli mali, Jud. 9. 25. 1. Sam. 16. 14. 1. Reg. 22. v. 21. 22. Math. 8. 16. Ephes. 2. 2. Apoc. 16. 13. & 18. 2. Spiritus immundus, Vide Sat. Spiritus mutus, & surdus cacodæmon nominatur ab effectu, quoniam mutum, & surdum reddiderat e hominè, Mar. 9. 27. Spiritus id est, qui in Ecclesia præstant, se spiritualibus donis esse præditos, ut suas hereses facilius sprugant, probandi sunt, 1. Cor. 14. 29. 1. Thes. 5. 21. 1. Joan. 4. 1. Spiritus, anima rationalis, & immortalis, Psal. 26. Zach. 12. 1. Math. 27. 50. Mat. 23. 8. 1. Pet. 3. 19. Animus humanus, in quo fedes voluntatis, & affectuum, Gen. 4. 1. 27. Luc. 1. 47. Joan. 11. 33. Mat. 17. 16. 1. Cor. 11. 2. Cor. 7. 13. 1. Pet. 3. 4. Affectus, & motus spiritalis boni, vel mali, Num. 5. 14. Ose. 14. 12. Luc. 9. 55. Rom. 1. 8. 6. Spiritus vitalis, pro animantium habitu, Gen. 9. 17. Psal. 78. 39. 104. 29. Apoc. 12. 11. & 13. 15. pro visione mentali, Ezech. 37. 1. Apoc. 1. 10. & 4. 1. & 17. 3. & 21. 10. pro creatura omni, quæ vitali spiritui, & habitu prædita est. Psal. 150. 6. Spiritus mundi, 1. Cor. 2. 12. Spiritus erroris, 1. Tim. 4. 1. Spiritus pro spectro, Luc. 24. v. 37. 39. Spiritus oris dicitur Rex, & Princeps, F. cujus beneficio subditi respirant, & vitam tradere videntur, Lament. 4. 20. Spiritus pro concentu, & strepitu. Ezech. 26. 13. pro vento. Gen. 8. 1. Psal. 104. 5. 19. 147. 18. pro vanitate. Matt. 2. 11. spiritalis, & spirituales, 1. Cor. 2. v. 13. 15. Gal. 5. 1.

GENERA.

Cæterum in præfenti de spiritu loquimur, ut substantia immaterialis. Suntque duo spirituum genera, quorum alii nullam cum materia habent communionem: alii ita materiam cõjunguntur, ut naturali quadam inclinatione ad ipsam propendant.

Prioris Ordinis non omnes ejusdem generis excellentia. Deus enim est pater spirituum, ad Hebr. 12. vers. 9. id est, Angelorum, animarum, & donorum spiritualium, est enim actus purus, independentis, incompositus: cum alii spiritus ex potentia, & actu, ex subiecto, & accidente componantur, unde Deus dicitur, sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine fine præsidere, sine habitu omnia continere, sine loco esse ubique, sine tempore sempiternus esse, sine ulla sui mutatione omnia mutare, nihilque pati. Aug. lib. 5. de Trin. cap. 1.

Angelicorum Spirituum quidam Dei benignitate felices, G sunt alii propria culpæ malitia miseri, & utrorumque varii sunt ordines, & mansiones, & quidem hi circumveniunt, ut querant, quem devoret: illi vero administratorii sunt spiritus, in ministerium dati, qui hereditatem capiunt salutis, omnesque hi propriè spiritus sunt.

Alterum genus duplex est. Quoddam ut loquitur Greg. lib. 4. Dial. c. 3. carne tegitur, sed carne non moritur, ut hominum spiritus, quoddam & carne tegitur, & carne moritur, ut jumentorum, cæterorumque animantium, & subjungit. Homo itaque sicut in medio creatus est, ut esset Angelo inferior, & superior junctio: ita habet aliquid commune cum infimo, aliquid cum summo: immortalitatem scilicet spiritus cum Angelo, mortalitatem carnis cum jumento. Interim liberi à corpore esse possunt, quamvis etiam tunc illud naturaliter appetant.

Et horum quoque ordines diversi: quidam enim relicto corpore ociosus ad beatas sedes transvolant: quidam in itinere subsistunt, quia non plene purgati, tamen de salute certant, & securi alii denique vel Dei præsentia, & conspectu privantur, ut pueri non baptizati: vel præter hanc carentiam etiam æternis ob merita supplicia addicuntur.

SPIRITUM APPARITIONES.

DE DEO, EJUSQUE APPARITIONIBUS.

Require, Deus. Item Locum de Apparitione, ubi multa de præfenti argumento.

* DE SPIRITU SANCTO, EJUSQUE

NATURA, APPARITIONE, DONIS.

De nomine Spiritus jam diximus sumi pro immateriali, sive substantia tenui, & incorporea. Idcirco argumentabatur Christus, Luc. ult. Palpate, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet, sicut me videtis habere, q. d. nolite me existimare Angelum, aut animam corpore separatam.

Cæterum nomen Spiritus positum absolute, & cum articulo πνεῦμα, significare in scriptura Spiritum sanctum constans quorundam est sententia, quamvis non semper lit verum, ut patet 3. Reg. 22. vers. 21.

DE NOMINE SPIRITUS

SANCTI.

Cur verò tertie persone Trinitatis nomen Spiritus sancti, V Cti,

si, quod de patre & de filio proprie dici possit tributum sit. A. Santh. Aug. 5. de Trin. c. 11. l. 15. c. 19. causam reddit, ut ex nomine, quod utrique illi convenit, utriusque communio significetur, quorum & Donum dicitur. Consentit Rupert. in Joann. c. 4. & Alcuinus lib. 1. de Trin. c. 6. S. Thom. 1. p. q. 36. art. 1. prater istam rationem aliam etiam assignat, quoniam proprium est amoris, per quem Spiritus Sanctus procedit, quod movet, & impellat voluntatem amantis in amatum.

Non autem spiritus in rebus corporeis impulsione, & motionem significare videtur: sanctitas vero illis rebus attribuitur, quae in Deum ordinantur, & amoris est omnia in Deum referre. Adde, quod ad voluntatem, quae est prima virtutum sedes pertinet sanctitas: per voluntatem vero procedat Spiritus S. & quod, ut Elias ait, Spiritus sanctus sanctificet, & sanctitatis fons sit.

Interdum SPIRITUS S. non suppositum significare videtur, sed aliquod creatum donum, ut cum David orans ait: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me, etsi sensus quoque esse potest de tertia ipsa persona Trinitatis, cui divina in homines B. inspiratio, & afflatus per attributionem adscribitur.

Quoties autem Spiritus sanctus pro supposito divino accipitur, tertiam personam significat, juxta communem sententiam, & qua recedit Abulensis Mat. 1. q. 45. docens, cum Christus spiritu sancto conceptus dicitur, intelligi totam Trinitatem, seu substantialiter, non personaliter nomen intelligi. Immo addit, quodcumque sit mentio in scriptura de spiritu sancto, nisi simul exprimitur alia persona, aut aliqua illarum, jam dicto modo spiritum sanctum intelligi debere. Agnoscit tamen contrariam opinionem esse communem recentiorum, & antiquorum DD. ideoque reverenter recitat, & exponit, ut sciamus quomodo spiritui sancto incarnationis opus deputetur. Iust. Apol. 2. quidem spiritum sanctum, quem superventurum Gabriel in Mariam pollicitus est, interpretatur filium Dei, qui postea quoque vocatus sit, virtus altissimi obumbrans. Verum, ut secundum quod plures habet assertores, quos illius loci Interpretes, ut Maldonatus, & Toletus, proferunt, concedatur, primum adverbatur communi sententiae.

EJUS NATURA. PROGRESSIO.

Ac primam Haereses adversus eandem.

C. Fuerunt jam olim Haeretici Abstinentes didi, teste Philastro, qui Manichaeorum errores imberabant, & spiritum sanctum creaturam esse docuerunt circa annum 289. Eandem haeresim tenuerunt Semi-Arianii. Eusthathiani sub annum 230. eundem Deum esse negaverunt. Et quamvis contrarium assererent Nestor, qui & Trinitarii, exorti in Polonia an. 1564. tamen nolebant esse eundem cum Patre.

Quin etiam Filio minorem Donatiani, Aslurriniani, Majorini, Rogatiani. Non procedere a Patre, & Filio Armeni circa ann. 640. & Graeci communiter, sic ut una haec fuerit ex causis praecipuis, cur se a communione Ecclesiae Latinae segregaverint.

VERITAS.

Ceterum fide Catholica tenendum, Spiritum sanctum esse Deum, & reliquis personis in Trinitate aequalem, atque a Patre, Filioque procedere. In cujus rei testimonium sequentia adducimus.

D. CHILPERICUS Francorum Rex, legatos suos, Ansovaldum, & Domichisilum in Hispanias ad Leuvichildum Regem, qui tum in exereitu contra Hermenichildum filium suum erat, misit. Qui etiam inde rediissent, sollicitus erat Greg. Turon. qualiter in ipsis Christianis, qui pauci in eo loco remanserant, fides Christi ferveret. Cui haec Ansovaldus respondit: Christiani, qui nunc apud Hispanias commorantur, Catholicam fidem integre servant, sed Rex novo nunc ingenio eam nititur exturbare, dum dolose & ad sepulchra Martyrum, & in ecclesiis religionis nostrae orare constringit. Dicit enim, Manifeste cognovi esse Christum filium Dei aequalem Patri, sed Spiritum sanctum Deum penitus esse non credo, eo quod in nullis legatur oedibus Deus esse. Heu, heu, quam iniquam sententiam, quam venenosum sensum, quam pravam mentem. Et ubi est illud, quod Dominus ait, Spiritus Deus est. Et illud Petri, quod ad Ananiam ait, Quid tibi visum est tentare Spiritum sanctum? Non es hominibus mentis, sed Deo. Ubi est & illud, quod Paulus mystica dona commemorans, ait: Haec enim operatur unus, atque idem spiritus, dividens unicuique

prout vult. Qui enim operatur, quod vult, nulli cognoscitur esse subiectus. Greg. Turon. lib. 6. hist. Franc. cap. 18.

Tempore Eugenii IV. ann. circiter 1332. discussa sapienter Gracorum, & Latinorum contentione, tandem eo ventum est, ut Graeci rationibus videri, faterentur spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere, homoussionque esse, non a Patre tantum, ut ipsi credebant provenire, utque in azyzmo sine fermento, triticeo pane corpus Christi conficeretur, ac Purgatorii locum esse crederent. Postremo, ut fateretur Romanum Pontificem verum Christi Vicarium, Petrique legitimum successorem, primum in orbe locum tenere, cui Orientalis, & Occidentalis Ecclesia merito pareret. Plat. de vit. Pont. in vita Eug. 4.

Fugato Rogerio Siculo ex Apulia, cujus ducatum sui juris esse affirmabat, Joannes Constantinop. Imperator, qui Rogerio adversabatur, legatos statim ad Lotharium Germanorum Imper. mitit. de superato hoste congratulans. Inter legatos erat, qui ostendere conabatur Latinam Ecclesiam errare, quod addidissent spiritum sanctum procedere a Filio contra sententiam Niceni Concilii. Tum Petrus Diaconus homo doctus, & in corona aderat disputandi gratia: Si, inquit, Latini dammandi sunt, quod addiderunt spiritum sanctum a Filio quoque procedere, dammandi multo magis Graeci videntur, qui id fieri a solo Patre addiderunt. Quare enim potius a solo Patre procederet, quam a Patre, & Filio? Sic enim habet Scriptura: Spiritus, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, ita etiam dicit. Cum venerit paraclitus, quem ego mitam vobis a Patre: ille testimonium perhibebit de me: Delusus igitur homo audax tam acuto responso, substituit haec de re amplius disputare. Jo. Naucl. vol. 2. gener. 38. ad an. 1137.

* APPARITIONES VARIAE. EX S. SCRIPTURA.

SPIRITUM sanctum vento comparari, & illius excitatione praesentiam suam demonstrasse, ex Scriptura divina clarum evadit. Unde initio creationis dicitur Deus insufflasse in Adam, & inspirasse, ut loquatur scriptura, in faciem ejus spiraculum vitae, id est, animam rationalem. Quippe flatus hic, sive inspiratio denotat vim spiritus sancti, qui velut flatus ex intimo corpore educitur, ita velut ex intimo praecordiorum calore, & amore Patris, & Filii procedit.

Apud EZECHIELEM omnia illa mortuorum non reviviscebant, G. nisi postquam ingressus esset in ea spiritus, qui a quatuor ventis propheta vocaverat, ut resurrectio fieri cognoscatur; ait S. Hieronymus insufflante Spiritu, sicut creatio. Ezechiel. cap. 37.

Etiam ELIAS 3. Reg. 19. vers. 11. l. 12. vidit, cum transfret Dominus, spiritum grandem, & fortem, qui subvertebat montes, & conterebat petras ante Dominum.

CHRISTUS insuper insufflans in Discipulos post resurrectionem, eis dedit spiritum sanctum. Joan. 20. ut ostenderet illum sibi esse confubstantialium.

In die Pentecostes dum promissum SPIRITUM CHRISTUM misit, factus est repente de caelo sonus, tanquam adventientis spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes. Act. 2.

Quam vero apud spiritus sanctus praesentiam suam vento manifestat, videtur apud Joan. de S. Germana lib. 1. cap. 73. similitum Bercho. in Dictionar. verbo Ventus, & Spiritus.

Baptizante Christum JOANNE, descendit spiritus sanctus de caelo quasi columba. Joan. Marc. 1. Luc. 3. Quod ad mysticium pertinet omnium baptizandorum, in quos dona sua esset effusus. Chrysost.

Rursus in die Pentecostes apparuit in forma linguarum ignearum, sive ad similitudinem ignis, in splendore, colore, motione, neque aptius symbolum tunc esse potuit, cum Apostoli essent adversus omnes persecutiones inflammandi, & praedicatores orbis ordinarentur, cujus muneris aptum symbolum est lingua. Varias interim comparationes inter spiritum sanctum, & ignem, vide apud auctores, paulo ante allegatos, & legatur Lorin. in c. 2. Act. qui multa de hac re non vulgaria.

EX HISTORIIS SACRIS.

An. Dom. 1084. cum GREG. PAP. VII. Cassinum venisset, & ibi missarum solennia celebraret, vir quidam Joannes nomine juxta altaris crepidinem immobilis perstitit. Cumque ad altare deflexisset obtutus, subito in ecstasim raptus, nivo candore columbam, cujus erat aureum guttur, supra eandem aram stare conspexit. Quae inde vultus ad volans, ac supra dextrum Pontificis humerum recubans, alis protinus expansis, utrumque

que protexit, ac tamdiu sic perstitit, quousque commixtio Dominici corporis, & sanguinis in calice fieret. Iterumque se in dextrum humerum colligens, inde ad altare descendit, caput bland super hostiam flexens, viro illo, quid haec sibi vellent, non intelligente cum volatu praepeti, pleno rostro remavit ad caelum. Post haec homo ille in se rediens, nulla penitus hujus rei vestigia memoria tenuit. Nocte vero subsecuta cum se foris redisset, vir quidam illustris sole, minaci vultu in medio suae domus hospitio eadem apparuit. Quo ille viso, de strato exiliens, terrore conturbatus, fugam tentat arripere. Vir autem ille porrecta manu, continuit brachium ejus suavititer tenens. Cum autem ejus manus nequiret effugere, ac si vincitus, stetit invitatus: ad ejus mox auxilium quidam nivea canicie aspersus, induturique stola candida, adfuit, ejuoque merorem consolans, de manu te tenentis eripuit. Quem ille, quisnam hic esset tanta claritatis vir, quaesivit interpidus: Hic, inquit, est justitiae sol. Et ille, Nomen quoque, ait, tuum similiter pande. Nequaquam (ait ille) scire te oportet nomen meum, sed mihi ad interrogata responde. Putative, recolis, quid heri, dum in ecclesia affares, vidisti? Ille ejus animum occupat oblivio, cepit intrare se volvere quidnam esset, quod ab eo senior quaereret, subitroque reminiscens, cuncta sibi qua viderat, ex ordine recitavit. Et ille, Vade inquit, celeriter, & hoc ipsum auribus Papae intimato, ut constanter vigore S. Spiritus, quod coepit, exequatur. His dictis ab oculis ejus elabuit. 1. Ad quid columba visio in Pontifice, nisi Spiritus S. instinctu cum regi, & gubernari? Quid illud super illum, quod eidem nunciari mandatur, nisi manifestum divino oraculo reddi, quae ab eo haec tunc gesta essent, eisdem Spiritus sancti opere bene facta probari. Leo Oshensis lib. 3. bist. tit. 20. cap. 1. Anton. Senenf. Dec. 5. Chron. Fr. Ordin. Praedicator.

DONA.

Varia sunt dona Spiritus sancti, & quamquam sint communia aliis Personis in Trinitate, illi tamen appropriantur, quod fit velut amor Patris, & filii, & per modum amoris procedat, ideoque suum pignus nobis varie communicet. Solent autem notari septem dona spiritus sancti, ex cap. 11. Isaie. ubi dicit de Messia venturo: Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. De his vide Loca ad Intellectu, Scientiam, Consilio, Fortitudine, Pietate, & Timore.

Prater haec dona numerantur varii fructus Spiritus, & sunt juxta Apostolum ad Gal. 5. vers. 22. Gaudium, quod oritur ex conscientia pura, & sancta: Pax, qua mens tranquilla nullis passionibus turbatur: Patientia, qua & adversa tolere, & cum proximo consentias: Bonitas, id est, beneficentia, qua proximo omne bonum desideras, & proferis: Benignitas, in omni opere, & colloquio, quae suavitatis dicitur in moribus: Manufactura, ut in omnibus his lenis, & tractabilis. Fides, juxta Anselmum fidelitas, & veracitas in promissis. Modestia, qua omnes actiones exterioris moderantur. Continentia, id est, temperantia in merito cibo, & potu non modo, sed ab omnium vitorum illecebri. Castitas, & potu nondum fructus dicitur Spiritus, non quod non sint plures, verum quia hi magis conspiciunt, & operibus carnis, quae paulo ante enumeratae, oppositi: omnes enim virtutes, & quaevis earum opera fructus sunt Spiritus sancti.

Dicit inter alia Apostolus, Spiritum sanctum adjuvare infirmitatem nostram Rom. c. 8. est enim proprium Spiritus sancti nos juvare: suntque novem infirmitates ex peccato ortae, & L. B. Theat. vit. Human. Tom. V. 11.

relicta, adversus quas robur dat Spiritus sanctus. PRIMA sunt morbi, erumna, & mala quaevis illata corpori, vel animo, ut his roborat nos Spiritus sanctus, ut ea de manu Dei accipiamus, Deumque in eis laudemus.

SECUNDA est in intellectu ignorantia, quid hic & nunc agere, aut fugere oporteat, & improvidentia, quid in futurum providere, aut cavere homo debeat.

TERCIA est in voluntate infirmitas, ad amandum bona solida & aeterna, quae nobis sunt abscondita, & ad contemendum bona praesentia, & caduca, quae sensus ferunt, & alliciunt.

QUARTA est in memoria infirmitas, ut recordemur, tum beneficiorum Dei, ut is gratulimur, tum judiciorum Dei, quibus malos punit, bonos premiat, tum praecceptorum Dei, tum peccatorum nostrorum, ut is compungamur, & peniteamus.

QUINTA infirmitas est in spiritu, & appetitu concupiscibili, ut spiritus concupiscentiae carnis reludetur.

SEXTA est in irascibili, ut iram, odium, & vindictam contra eos, qui nobis malefaciunt, aut maledicunt, compefcamus.

SEPTIMA infirmitas est ad aggredienda opera ardua, & heroica.

OCTAVA est ad perseverandum in Dei obsequio, & primo fervore.

NONA est ad orandum Deum, sicut oportet.

Hic spiritus divinus, qui in substantia est amor innatus, in cordibus jam mortificatis, & jam virtutum usu dispositis eam flammam ingenerat, ut saepe vel unico verbo, vel unica sancta cogitatione ejus amore inflammantur. Ut de Aegidio uno ex comitibus D. Francisci legitur, ut saepe hoc tantummodo verbum, Paradisum cum audiret, in spiritum rapere. Hujusmodi enim viri, ubi in illorum animabus caritatis habitus alius radices egit, sunt tanquam siccus pulvis, ut unica scintilla super illum cadente subito inflammantur. Ex vita B. Aegidii, Lud. Gram. lib. 2. Catech. in Symbolum.

* SPIRITUS ANGELICI. EORUM APPARITIO.

AC PRIMUM DE ANGELIS BONIS. EX S. SCRIPTURA.

Angelos beatos viventium rebus interfuisse jam olim, & G. interesse etiam hodie posse, extra controversiam est. Scriptura id testatur, & experientia, omniumque recte sententiarum consensus.

Scriptura Apparitionum Angelicarum non uno in loco, sed variis mentionem facit. Et omni tempore, omni loco, omniumque generum hominibus ipsos apparuisse, tot suggerit exempla; quor possunt sufficere ad hanc rem etiam Barbaris persuadendam.

Apparuerunt autem statim ab orbe condito, primis humani generis, post Deum, authoribus; quando Dei personam sustinuerunt, & variis rationibus cum Patriarchis egerunt. Gen. 18.

Lex quoque Dei non hominum tantum, sed & Angelorum ministerio populo Israelitico lata est. Ad. 7.

Denique A. dum Hist. c. 58. & c. atque Evangelia Luc. 1. 2. 9. c. (quae principium temporis gratiae explicant) docent, plurima per Angelos praestita esse, & perfecta.

Et nunc quidem ruri apparuerunt. Gen. 32. nunc inter privatos parietes domi Jud. 6. nunc in templo Luc. 1. nunc in fornace accensa Daniel. 3. nunc in carceribus A. 12. nunc in H. locis desertis, & ab omni hominum frequentia separatis. Genef. 12.

Sed & omnium generum hominibus sese spectandos exhibuerunt. Gentibus inquam Ad. 10. Judaeis Luc. 1. & Christianam fidem profitentibus, Act. 12. Mulieribus, Matth. 28. Viris, Act. 13. hominibus integris, & inculpatis vitae. Luc. 1. Barbaris, 2. Mach. 3. atque provecis, Gen. 18. & quorum adhuc tenior est aetas, Dan. 3. Nobilibus, & generis splendore claris 2. Mach. atque Ignobilibus, Gen. 21.

EX HISTORIIS SACRIS.

GELASTO primo Pontifice, in Apulia ad radices Gargani montis, (quem locum incolunt Sipontini) Archangeli Michaelis fuit illustris apparitio, eumque saepius hominibus visum, veteri Sanctorum traditione comprobatur Romana Ecclesia. S. Virius tom. 4. in Mich.

CECILIA Angelorum visione fruens, roforum. Illorumque media hyme vernantium odoramentis, quae ipsi de paradiso allata fuerant, Valerianum, & Tiburtium convertit. Marialis lib. 6. cap. 16.